altasti dexteram deprimentium eum
letificasti omnes inimicos eius. Aver
tisti adiutorium gladii eius et non
es auxiliatus ei in bello. Destruxisti
eum ab emundatione et sedem eius in
terra collisisti. Minorasti dies tem
poris eius perfudisti eum confusione.
Usquequo domine avertis in finem.
exardescet sicut ignis ira tua. Me
morare que mea substantia num
quid enim vane constituisti omnes
filios hominum. Quis est homo qui
vivet et non videbit mortem eruet
animam suam de manu inferi.
Ubi sunt misericordie tue antique domine.
sicut iurasti david in veritate tua.

Memor esto domine obprobrii ser
vorum tuorum quod continui in
sinu meo multarum gentium. Quod
exprobraverunt inimici tui domine
quod exprobraverunt commutatio
nem christi tui. Benedictus dominus in
eternum fiat fiat. ps
Domine refugium factus es no
bis a generatione in generationem
Priusquam montes fierent aut for
maretur terra et orbis a seculo et in seculum usque
tu es deus. Ne avertas hominem in
humilitatem et dixisti convertimini
filii hominum. Quoniam mille anni ante o
culos tuos tamquam dies hester
na que preteriit. Et custodia in nocte

tui ñ deficient. Filij seruoꝝ tuoꝝ ha
bitabunt· et semẽ eoꝝ in sclm̃ dirigetur·
Benedic anima mea domino· ps
et omnia que intra me sunt
nomini sc̃o eius. Benedic aĩa mea
domino· et noli obliuisci omnes re
tributiones eius. Qui ꝓpiciatur omnib'
iniquitatibus tuis· qui sanat omẽs
infirmitates tuas. Qui redimit de
interitu uitam tuam· qui coronat
te in mĩa et miseratõib'. Qui
replet in bonis desiderium tuum· re
nouabitur ut aquile iuuẽtus tua
Faciens misericordias dominus et iu
dicium omnibus iniuriam patien-
tibus. Notas fecit uias suas moysi·

filiis isrl' voluntates suas. Misera
tor et misericors dominus: longani
mis et multum misericors. Non i
perpetuum irascetur: neq; in eternū
comminabitur. Non secundum p
ccata nostra fecit nobis: neque secū
dum iniquitates nrās retribuit
nobis. Q̃m secundum altitudinē
celi a terra: corroboravit misericordiam
suam sup timentes se. Quantum
distat ortus ab occidente: longe fe
cit a nobis iniquitates nrās. Quo
modo miseretur pater filiorum
misertus est dominus timentib'
se: qm ipse cognovit figmentum
nrm. Recordatus est qm pulvis